inquit qui participat uoce petentis. de omnibus indifferenter ubi dicitur date et dabitur uobis. Et iterum illud date elemosinam et ecce omnia munda sunt uobis Et iterum illud ignem ardentem extinguit aqua et elemosina resistit peccatis Et hinc est illud Conclude elemosinam in sinu pauperis et hec orabit pro te Et bonum patris filio ait Si multum tibi fuerit habundanter tribue si exiguum et illud libenter impartire Quod tam sollicite omnes agere studeamus quatenus in eterna tabernacula recipi mereamur per dominum nostrum ihesum christum saluatorem nostrum qui cum patre et spiritu sancto uiuit et regnat deus per omnia secula seculorum amen.

In solempnitate beate marie magdalene. Sermo xxviij.

Hodie nimia et uehemens obumbratur sibi et multitudo miserationum domini in peccatricem feruentem refusa est. filius enim uirginis peccatricis et menstruate manibus attrectatur. deusque dei filius mulieris fluentis tangitur. tangit pedes munde atque mundantis inmunda. et uestigiis carnis mulier criminosa prouoluitur. transit in affectum cordis peccatricis et redit ad cor. et magnitudinem scelerum lacrimarum multitudo contemperat. dissimulat pietas tangentis offensam et obsequiorum instantiam remuneratoris ille maiestatis oculis felici dedignatione non inspicit. osculatur maria pedes christi frequentibus osculis et oculis inundantibus uestigia redemptoris infundit. tergit crinibus odoriferis illinit et irrogat unguentis. uidet et inuidet singularitatis amator et utrumque redarguit phariseus iniuria illius ignorantie presumptionis illius. sed deliberantis prouidentia suspendit iudicium. dum affectat obsequium et uerecundiam retinet propriam domini marie sacrificium in holocaustum prefigurat. Gaudent angeli super peccatrice penitentiam agente et odoris fragrantia celestis ille conuiuas aspergit saluatorem et saluandos totam domum dulcedo perungit. ubi habundauit delictum superhabundauit et gratia et magistratum omnium preponderans pietas includit. Quam magna multitudo dulcedinis tue domine in peccatricis confessione quam iusta reprehensio in pharisei superbia et abusione cum maiestatis obsequentis obsequium et pro obliquum tangitur indignantis iniquitate totum leuit coherentia symonis iudea impugnante Et quia ubi spiritus domini ibi libertas dimittitur illi peccatum que multum diligit non mittitur illi qui multum negligit non enim sanatus ab uberibus sponse nec inebriatur compassionis affectu legem relegens que misericordiam nescit nouit iustitiam. lex dura duris et lapidibus promulgata peccatum punire nesciens misereri. lex excludens penitentie locum neminem inueniens emendationis ignara. lex uinum durum et acidum de botris amarissimis elicitum compositum feruens de uinea [illegible] silua tori propinaui uinum de quo dentes bibentium obstupescunt. non de genimine uitis illius quod saluator bibit nouum in regno patris sui ¶ Vere meliora sunt ubera sponse uino isto. Quanta sunt ista? procedit in medium paulus apostolus et ubera felici lacte manantia nobis assignet. Gaudere iubet cum gaudentibus flere cum flentibus o quam breui sermonculo totius religionis depinxit insigne. quam eleganti clausula proposuit pietatis [illegible]

statuit, submonuit iudicium. His uberibus nostra ecclesia lactat proficientes, nu-
trit perfectos, gaudere inquit cum gaudentibus. Facessat hinc secularis plausus, insa-
nia et leticia mundialis absedat, quia non est gaudere impiis dicit dominus. Numquid il-
los omnes gaudio repletos estimas qui letantur cum malefecerint et exultant in re-
bus pessimis. Sed nec illi qui laudibus adulatorum suis rapiuntur diuine iubilatio-
nis gratie leticiam; numquid qui uestiuntur purpura et bysso et epulantur cotidie
splendide gaudium et leticiam obtinebunt. Absit ut in terra suauiter uiuentium
gaudiorum inueniatur materia ut tribulationibus totius mundi fletus uincitur et
clamoris allidatur et respiret allisus. Sed est gaudium [?] conditam
te firmissimum quod perfectus animus de serena sibi conscientia pollicetur. Mens enim
ab huius mundi aspergine pure pressa deterso et in diuine contemplationis acumine
totum desiderii sui figens affectum gaudens gaudet in domino et exultat anima sua in
deo salutari suo. Talis autem animus aspirat, nescit timorem, spem subpositam elu-
dit et omnium scandalorum immunis in pace in idipsum dormiens requiescit. Pax mul-
ta diligentibus legem tuam ait iustus et non est eis scandalum. Mouent enim quam-
libet res non prosequuntur uirtutes sed coronant. Cum huiusmodi gaudentibus gaudet
apostolus et ut habundantius gaudeant tota securitate promittit. Hoc gaudium
certum et plenum est mater securius idem quia uicinius certa redemptione imp-
mineat. Hec est mamilla congratulationis de qua lac exhortationis effundit quo
nutriuntur perfecti ut cum auulsi fuerint a lacte isto epulentur ab ubertate glorie
dei. ¶ Secunda est flere cum flentibus. Numquid apostolus propter flere rerum amissi-
onem, in amissione uoluptatum, filiorum mortes, morborum instantiam, grauitatem
inopie, potentiam fortiorum. Absit. Plorandi enim sunt qui taliter plorant. Feli-
ciosa [?] cum tristicia aut alienum luget peccatum aut proprium. Beati quorum luctus
in hac intentione uersatur quia consolationem parit in hac expectare dulcedinem.
Cum leui et dulcissimo spiritu imbutus est spiritus illius qui nouit in spiritu lenita-
tis peccantes instruere, suspendere uindictam et affectuosis uisceribus indulgere
sibi proximum donec uite reddatur. De hac compassionis mamilla lac consolationis
effundit et hoc lacte pascit apostolus illos qui solido cibo uesci non possunt. Ama-
tor innocentie, pacis amicus, parcens aliis, compatiens et congaudens gaudentibus, p-
ferentis meritum cursu consummato contingit. Hec sunt ubera lactis [?]
liquoribus meliora uino, longe dulciora, magis fragrantia, redolentia pietatem,
fragrantia nimis unguentis optimis. Digna prorsus ubera de quibus eliquatur
unguentorum infinitis adorata [?] dei uiuentis circumquaque
respargens. Hec sunt unguenta que regina saba attulit in ierusalem de quibus di-
citur scriptura: non sunt allata ultra aromata tam multa quam ea que dedit regina
saba salomoni. Quam excellentius apposuit optima spiritus ille subtilis qui to-
tum sibi libri huius impetit positionem. ¶ Est enim unguentum bonum quod maria
pedibus saluatoris infundit. Est et melius quod eadem super caput
recumbentis effudit. Est et optimum quod et ipsa preparauit toti corpori Christi.
Primum unguentum contritionis est de recordatione peccatorum de spiritu contritio et
tribulatio descendens. Hoc infundit pedes illius qui ambulat super pennas

ventorum. Hic adorat maria in loco ubi steterunt pedes eius. Steterunt namque
quia validissimi amoris manu pedem utrumque retinuit. Utrumque donec pungeret
et audiret communi in remissione et dimissione in pace. Remittuntur tibi namque peccata
et vade in pace. Magnam prorsus misericordiam in magna misericordia diluit et abstergit
et hoc quidem festinanter quia sine ullo intervallo gignuntur lacrime peccatricis et
misericordia salvatoris remittuntur peccata et in pace dimittitur ut de preterito non sit solli
cita securam de futuro || Pedes isti sunt misericordia et iudicium quorum alterum sine
altero osculari vel temeritatis servitutis vel desperationis fugienda. Quis dei
munus indesinenter attendens non statim tepidioris vite quietem exceptet
Cum enim recogitaverit unicum filium dominum formam servi pro servis suscipere
triginta et tribus annis operari salutem in medio terre huius novissime capi ligari
lancea crucifigi et hec tota pati pro filiis hominum statim deceptoria spe
sibi blanditur et alludit. Gaudet obscurari in misericordia et misericordibus
iudicium nescit ignorat iustitiam et puniendi estimat non puniri. Fallitur
qui sic osculatur misericordie pedem ut pedem iudicii non attendat qui totum
de misericordie pede presumit hoc solum ad salutem sufficere credens quod cre
dit || Rursus enim abducit os et iudicii pedem crebrioribus osculis intan
git subrutis carnis atque substantia et utriusque hominis statum vehementior au
ri percellit. Horrendum enim est incidere in manum dei viventis offendere maiorem
nescire dominum vindicantem divinitatis offensum impio qui habet potentem corpus
et animam perdere in gehennam. Terribilis certe sicut ait apostolus quedam expectatio
iudicii quam ignis in aspectu eius exardescet et virtutes celorum movebuntur
et vacillantibus cunctis per latitudinem mundi validissimus ignis adveniet. Nichil
prorsus terribilius quam videre latronis officinam plenam singulis cumulatum
opprobriis tormentis vadentem. Quis hec diutius cogitans non statim contre
miscit et in desperationis voraginem abissum. Nonne igitur huic pedi molestius inhi
bendum ne pectoris circuitu ferventia iudicionis includat. Utrumque igitur iungit
pedem aut penitentis affectus et nunc misericordiam amplectens nunc iudicium deosculans
contribulati spiritus offerunt holocaustum || Vide mariam utrumque pedem fortiter
attendentem dum nobilis et lasciva mulier quia nimirum sanctorum non attendit
sed extenso corpore provolvitur pedibus maiestatis doloris plena timoris impa
tiens compunctionis iaculo vulnerata. Ecce et nunc pedem labiis impressioni
bus osculatur cum spe firmiter hec et vestigiis redemptoris donec audiat
remittuntur tibi peccata tua. Sane prorsus unguentum quo non solum terrenum do
mus sed etiam celestis aspergitur. Vilissime autem sunt species de quibus conficitur et
magna ecce copia inter nostros articulos poterit inveniri. Peccatum igitur nostra
plenitudo in conspectu nostro quorum multitudine per multitudinem ... non potest species
eius sunt ipsa igitur in mortariolo penitentie ... pistillo contusa et
respersa discretionis oleo doloris igne supposito et in acno disciplinae cocta
unguentum exhibent preciosum et acceptum pedibus salvatoris. Compendio
se autem istud ferme sapiunt recta omissione penitus relinquentes et hec
melius videtur indignior interim tamen bonum est unguentum istud quod do

mum replet penetrat celos angelos letificat et bone auditus leticiam re-
fundit et gaudium quia sacrificium deo spiritus contribulatus || Secundum unguentum
est devotionis de recordatione beneficiorum dei. prorsus dignissima huius ungu-
enti compositio et in istius comparatione prioris est species vilipendenda. Cuius
enim species de celesti paradiso allate sunt et in terra filiorum hominum nequaquam inve-
niri. Virtutes enim divinitatis collate et in mortariolo congratulationis pistillo
diligentissime meditationis contrite et exultationis oleo superfuse sufficienti
igne iusticie et humilitatis deno decocte fiunt unguentum et odore et vir-
tute mirabile quod solum super caput dei recumbentis possit effundi et cohe-
beri reverentie maiestatis. Sed et hoc intelligimus breviter illis qui multa de
pravis expe cognoverunt verborum multitudine reservantes. Notandum
tamen utriusque differentia et sedi sublimitas attendenda quoniam illud est sacrificium
deo spiritus contribulatus et istud est sacrificium laudis quod honorificat deum. pedes
igitur ungimus salvatoris cum de peccatis compungimur. ungimus caput cum de colla-
tis virtutibus virtutum largitori gratias cumulamus. Iusticie tamen meo ositis in-
ter pedes esse debet et caput quod profecto difficilius et perfectius solius est a
vestigiis ad verticem domini transvolare. neque enim eadem que unxit pedes unxit
et caput tamen illa meretrix nihil horum fecisse legitur secundum illud. verte im-
pios et non erunt. Unxit ergo maria soror domini verticem profecto iam dilecti cum
familiaris effecta longeque penitentis illius obvoluta vestigiis quam ipse lex
ille septenarius confundebat || Porro si duo premissa unguenta tante
dignitatis sunt ut alterum pedibus alterum complaceat capiti divinitatis. Illud ter-
cium quod optimum est et superexcellens ubi nam invenire poterimus. Sed ab-
sit ut sponsa veritatis a veritate dissentiat et tale aliquid se habere iacti-
tet quod habere non possit. Est ergo tercium unguentum pietatis quod est super
omnia aromata morbis omnibus et periculis salutare quod quamvis mille unciis posset inve-
niri tessera. de ipso namque sic legitur. maria magdalene et maria iacobi
et salome emerunt aromata ut venientes ungerent ihesum. Vides ne in pri-
ma capitis propositione quod non una vel due sed tres vix sufficiunt ad emendum tan-
te compositionis unguentum. Intelligis quod non pedes aut caput sed totum cruci-
fixi corpus sibi vendicant ista confectio. Confectio sine dubio preciosa que toti
sufficiat corpori creatoris. Et attende quod unguentum pedibus infusum adeo dig-
nantissima lenitate suscepit ut phariseum murmurantem parabola pro-
lixiore quinteret et extento suggillet exemplo sed et de refuso super
caput eius unguento discipulos indignantes arguit. bonum mulieris
opus esse protestans et timidam eorum animositatem verbis compescuit mo-
destis. hoc vero tam salubre tam mixtum in mortuo suo corpore noluit ex-
pendi quod vivo unquam reservabat. duo enim corpora habet christus unum quod sus-
cepit in virgine alterum ecclesie quod nimis habet benignitatis redimentis demum
quod illud pro isto morti exposuit et tormentis addictis circa viciis scele-
ratus morte turpissima condempnatus. potero minime tam salubrem confectione
confectionem. Universe misceri mistice tam acervum quam corporum oculo pre

tatis inspecte speciei cuius sunt. Iste igitur in mortariolo largitatis dilectionis
pistillo confracte et delinite caritatis oleo succenso compassionis igne et in aeno
perseverancie despumate unguentum fecerunt ipsis etiam angelis admirandum.
|| Sed vis dinoscere in domo domini virtutum vestigemus an apud huiusmodi
habeantur unguenta. Primus occurrit michi Paulus sicut ubique solet totus presen
ti delibutus unguento. Quis infirmatur inquit et ego non infirmor? Felix a
nima facta est sibi tamquam vas perditum ut omnium miserias in sua continentia colliga
ret. Totum est toti corpori Christi donaverat omnibus omnia factus ut omnes lucrifa
ceret. Sed et ille simplex et rectus et timens deum vide quomodo non homines immo vo
homines et quod verius est super homines ambulabat. Oculus inquit fui ceco et pes
claudo pater eram pauperum et certe qui sic cum hoc unguento pinxerit ut
de misericordie thalamo lucrius unguentis exiret. Samuel quoque
qui non semel sed omnibus diebus vite sue lugebat super Saul nonne sic erat? Illa lon
gius ab oculis divinitatis elongata non cessabat tamen compassio que dolentis
animum irrepserat fundens lacrimas et si non profuturas pietatis tamen. David
parricidam filium gemina deploratione plorabat plorans in eo non carnis
necessitudinem sed fidei destructionem. Certe quid Ioseph totus hoc melle
illitus erat. Venerunt fratres non tam ante fratrem sed ante dominum assisten
tes, conscii proditionis homicidii et fraudis successores. Videt eos Ioseph et omnium
iniuriarum immemor dulcissimis fletibus tundit et pietatis adeps qui intus lati
tat foras per oculos emanat. Fugit odium nescit iram tempus ultionis non re
servat reddens bonum pro malo pro crudelitate dulcedinem. Pone quoque oculos
super Moysen adeo sacri liquoris huius rore perfusum ut totus ex eo superfundi
tur et profluat. Peccat Israel et Moyses peccantem tribulatione non
terruit sed dissimulat. Deus ... ignitum promittit plurima mo
ysi dator donum ferendi licentiam querit a Moyse qui Moysen fecit. Dimit
te me inquit ut irascatur furor meus contra eos et faciam te in gentem mag
nam. Fudit Moyses: Si dimittis dimitte, alioquin dele me de libro quem
scripsisti. Obstupescenda profecto dulcedo et pietatis principatum respuit gentis
aliene et de libro viventium deleri desiderat nisi peccantibus dimittatur
offensa. Hec sunt unguenta propiciationis et misericordie que a sponse
uberibus eliquantur infirmitates omnes fugientia profligentia passiones
|| Felix Maria unxit pedes Christi felicior eadem unxit caput aucto
ris felicissima que totum unguentarium toti corpori Christi propinat. Conside
ra quam vehementissimo dilectionis affectu beata hec mulier diligebat Christum
regem. Domine inquit si tu sustulisti eum dicito michi et ego eum tollam. Quem
eum? Maria cui de nullo fecerat mentionem ad quem relatione facias? Putasne
quod omnibus cordibus versetur iam memoria dilecti tui sicut et in consistorio cordis
tui? Et ego inquit eum tollam. Puerorum hominis perferre certis virum aut cor
pori vix centum libre sufficiunt unguentorum, tenerrima mulier, potueris et
tolles? Ardens et affectu loquendo que de puritatis amore refusa promittit
quod implere non potest. Nichil enim amanti difficile esse videtur. Quis desperare

debeat tanta peccatrice non solum veniam sed et gloriam consequente. Ipsa hodie inter-
cedat pro peccatis nostris ut placatum nobis reddat iudicem nostrum amicum suum qui est su-
per omnia deus benedictus in secula amen. De altitudine et bassitudine cor-
dis ex occasione sermonis precedentis. Sermo xxxviii.

Ex eo quod in proxime dictum est sursum alios, alios deorsum aspicere, habeo ad-
huc aliquid quod vobis non silendum arbitror. Nam etsi quidem cogitationum
quas expressimus vobis meministis, licet perfectior altera, utraque
tamen utilis est. Sunt autem qui alio modo aut sursum cor habeant sicut fieri debet
horum rectum et sermone respondeant ad exhortationem vocis presbiteri habemus
ad dominum. Sunt et aliqui qui brutis animalibus inclinati deorsum derisui sunt facti et
immundis spiritibus qui profecto clamitant illudentes: Incurvare ut transeamus. Sic
tis enim quia in congregatione plurimorum impossibile est omnes esse unius fortitudinis
seu corporis seu morum, nam utrique conformitate parentem forte regule nec monet
auctoritatis et utrique aliquatenus condescendere caritas iubet. Videt ergo alter quis
primam et fortassis incipit invidere cui congaudere debuerat. Hinc accidit ut sepe
beatificet eum in corde suo ea de re unde miserum se ille reputat molestie fe-
rens infirmitatem suam. Eo igitur incurvatum se et basso corde [illegible] sepe probat
apud quem nec ipsa quidem miseria caret invidia sed eius quas [illegible] [illegible]
monasterii dispensationes plures impendit talibus apponit [illegible] suum [illegible] que
[illegible] murmurat adversus eum qui [illegible] [illegible] postulat. Hinc
suspiciones detractiones et scandala suscitantur. Non idcirco id loquor fratres quasi
magnopere de vobis habeam conqueri super hac re. Sed premonere vos et premunire
necessarium duxi propter multos qui inter vos sunt teneri et delicati quibus aut
etas aut infirmitas rigorem communis regule exigit aliquatenus temperari. Sunt
et de congregatione venio. Et quia multos hic video quorum mens intenta deo iam
longe facta est ab illo primo cogitatu ut [illegible] se putent debiliores prorsus
ignorent se minus omnibus facere conquirunt minimum quia superiores semper atten-
dunt iam apostoli obliti que retro sunt et extenti in anteriora. Quantum putatis ego
illos ammirer quantum venerer in corde meo quantum amplector [illegible] affectu
qui velut in strictos vos quos secum cottidie vident unum forte aut duos seu cer-
te tres plures quos viderint in meliori fervore spiritus sibi ex omnibus eligunt et cum
ipsi forte meliores sint semper tamen illorum sibi preponunt et proponunt sanctitatem
in omni studia et exercitia corporalia seu etiam spiritualia. Venit mihi aliquid quod
etiam vobis dixisse sed iterum repetere non gravabor. Quidam sublimi aliquando meditatione
monachus quidem laycus toto intendens spiritu vigilarum eternum summo mane
apprehensum in auditorium trahit et prosternens pedibus ve mihi inquit quia mona-
chum in vigiliis unum consideravi in quo xxx^a virtutes mirabiles quarum ne unam
quidem in me inveni et fortassis nullam tamen ille habebat. Quanta erat hec
ipsa religiose emulationis humilitas. Hic itaque fructus sit nostri huius ser-
monis ut altiora semper attendas quia in eo plenitudo constat humilitatis. Nam si for-
te in te aliquid melius tibi fratre aliquo genere collata videtur sed in multis si bonus e-
mulator fueris invenies te potius inferiorem. Quid enim si laborare aut te